



PIO V. PONTIFICI

M A X I M O , P H I L I P P V S

Tynghius, sanctissimos osculatus pedes,

S. P. D.



M N I A , Pie Pontifex Maxime, in te conficiuntur,
qua tibi studia hominum atque admirationem conciliant:
sed in iis cum cetera magna sint, est illud maximum. Nam
quod te homines sufficiant, & verecantur eam in terris di-
gnitatem adeptum, qua maxima augustissimaque est: id
habes cum ius commune, qui Pontifices maximi per tot an-
nos, quibus religio haec sanctissima est instituta, Christianae
reipubl. preferunt. At quod tibi vita integritate, innocen-
tia, sanctitate, pudore, religione, non gratia, non inani com-
mendatione nobilitatis, non titulis aut maiorum imaginibus

ad tantum inter homines fastigium peruenire licuerit: in eo habes tu quidem, qui tibi pares sint,
sanctissimos homines non ita multos, qui maiorum memoria diuinam inter homines potest sta-
tem affecuti, eam, cum cetera vita agenda, tum vita exitu comprobauerunt: sed si ipsi neque
sepe olim, & nostra memoria perraro admodum extiterunt. Ac si, ad id quod maximum est,
quari accessio nulla potest alia etiam conficiuntur in te maiora. Nam quod difficillimum om-
nium in vita est, ut animi moderatio & vita constantia, cum sit acta cum laude, summos
honores consequatur: ita te homines diuinam potestatem gerentem admirantur, ita tuentem
eundem, maiestatem nominis magnitudine animi, auctoritate, imperio: ut ad vitam priuatam
consuetudinem, quam virtus, sanctitas summa, frugalitas admiranda quedam moderaretur
ribil additum animaduertant, comitas eadem facilitas in congressu, moderatio summa, faci-
les aditus viris bonis, improbus indictum bellum, prouecta honesta studia, premia ingenuis
artibus, & dignis homine libero, supplicia malefactus hominum constituta. Hinc, quod conser-
taneum est, & maximè expetendum in summis imperii sapientes homines crediderunt, san-
ctitatis in iis emulatio, pudoris, grauitatis, moderationis, in quos tanquam à capite exemplum
tanta virtutis manat. Hinc aquabilitas in ciuitatibus, concordia, otium, pax. Quia quanquam
ita verè dici de te possunt, ut assentandi suspicionem, vita constantia, ac virtute illa incre-
dibili tua tollas: non faciam tamen, ut ea commemorando, modestia ac pudori tuo faciam in-
juriam: quem tibi unum fructum multò ubiorem, quam laudem, gloriam, existimatio-
nem hominum statuisti: Illud quidem, aequo animo patieris cum statuerim hoc tempore ele-
gantioribus formis excusa Iauelli scripta doctissimi hominis, & Theologi summi, multis ea-
dem accessionibus locupletata, Sanctissimo tuo nomini atque Augustissimo inscripta edere,
quibus causis adductus hoc mihi esse agendum censusem, demonstrare. Ac praclare mihi qui-
dem cadere vitum est, ut te mihi patronum tantum, hominis doctissimi scriptis edendis ada-
ptarem: quem idem ordo sanctissimus ac religiosissimus, qui te ad summum orbis terra impe-
rium extulit, ad summam rerum diuinarum atque humanarum cognitionem cœxisset. Est
enim hoc proprium Dominicanorum familie, ut claros nobis atque insignes factos eorum mo-
numentis efficiant, qui vita sanctitate, religione, pietate, eruditio, doctrina, sapientia, san-
guinique adeo & vita profundenda Christiani nominis maiestatem aduersus communes ho-